VI.

Zur Urgeschichte der Franken.

Von

Herrn J. N. Obermayr, k. p. Regimentsauditor in Passau.

I. Die Altfranken

stammen nach ihrer Volkssage aus der dänischen Halbinsel und vom kimbrischen Volke ab. Diesen Satz führt der große Geschichtschreiber der Franken, Jo. Georg ab Eckart in comment. de rebus Franciae orient. et Episcopatus Wirceburgensis folgendermassen aus:

„Anonymus Geographus Ravennas auctor seculi VII. nobis facem in re obscurissima praetulit, cum l. I. c. II. scripsit: „Quarta, ut hora noctis, Normannorum est patria, quae est Dania ab antiquis, cujus ad frontem Albes vel patria Albis: Maurungania certissime antiquis dicebatur, in qua patria permultos annos Francorum linea remorata est.“ — Cum Francorum genus sive populus, postquam innotuit, iis in locis nunquam habitarit, aut commoratus sit, necessario sequitur, eum ab initio, aut quantum de ejus origine scitur, hic primum per multos annos

degisse, et hinc egressum reliquae Germaniae se infudisse. Geographi Ravennatis hanc explicationem nostram confirmat Ermoldus Nigellus in vita Ludovici Pii elegiaco carmine composita, hoc ipso imperatore adhuc vivente. Dum enim de Herioldo Danorum principe, ad fidem Christianam converso agit l. IV, haec addit:

„Hic populus porro veteri cognomine Deni
Ante vocabantur, et vocitantur adhuc.
Nort quoque francisco dicuntur nomine Manni,
Veloces, agiles, armigerique nimis.
Ipse quidem populus late pernotus habetur,
Lintre dapes quaerit, incolit atque mare.
Pulcher adest facie, cultuque statuque decorus,
Unde genus Francis adfore fama refert.“

Patria Albis necessario complectetur Wagriam, Lauenburgiam, eaque omnia, quae postea Nortalbingiam constituere. Hanc regionem alio nomine Maurunganiam Anonymus Ravennas testatur.

Paulus Diaconus eandem Mauringiam appellat. — Hoc nomen designat regionem, paludibus et lacubus abundantem, et re ipsa Wagria, vicinaeque provinciae adhuc inveniuntur moris sive paludibus refertissimae. Quamquam et tractus terrarum ille omnis, ad balthicum mare situs, et navigationibus ab antiquo celebris, Mauringia quoque dici potuit a veteri et Anglico Moore sive mari, ut regio maritima indicetur, quemadmodum et Slavi deinde regionem litoralem suam Pomeraniam vocavere, tamquam ad mare sitam. Jam, si retrogredimur, in eodem, quem diximus loco invenimus apud veteres Cimbrorum civitatem.

Strabo l. VII Cimbros juxta Caucos locat. Cauci autem ab Amiso amne ad Albis ostium pretendebantur. Idem ipsos Cimbros in Chersoneso avitas sedes suo adhuc aevo tenuisse asserit. Cimbros, inquiens, non hac de causa, ut incertis vagarentur sedibus, et latrociniis vitam

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0264-5
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

quaererent, compulsos crediderim, quod e peninsula, quam inhabitabant, diluvio fuerint ejecti, cum hodieque antiquas incolant sedes, nuperque Augusto lebetem dono miserint, amicitiam expetentes, et veniam illatarum injuriarum, eamque consecuti, domum redierunt. —

Vacuum relinquit Tacitus spatium litoris ab Anglis sive a Slia *) circiter usque ad Chalusum sive Travem, **) quod hodie Wagriae provincia fere implet, et parvae Cimbrorum civitati exacte convenit. — Concludere ex Plutarcho licet, Cimbris nomen hoc suum non prius datum fuisse, quam cum societatem et foedus cum Helvetiis adversus Romanos iniissent. Cimbros aliud nomen habuisse, quod apud Germanos latronem denotavit, ex eodem Putarcho certum est; unde quidam ipsum Cimbri nomen per latronem erronee et Plutarcho non bene inspecto exposuerunt. ***) Cimbros vero ab antiquo praedones et vagos fuisse, Posidonius et ex eo Festus referunt. Vetustissimum jam nomen germanicum, quo latronem et vagum designavimus, est warge, vargus. Sidonius Appollinaris l. I. Epist. IV. foeminam, quam forte vargorum (hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant) superventus abstraxerat. Septemtrionalibus speciatim, ut ex Verelii indice linguae veteris sveo (neo?) gothicae patet, warger dictus est pirata. Proprie tamen hoc nomen ejectum e patria et exulem olim designavit, ac deinde etiam pro latrone usurpatum est, quoniam ejecti e patria et rerum indigi latrocinio plerumque vitam sustentabant. Pactus legis Salicae Tit.

---

*) Jetzt Sley, Fluß in Schleßwig.

**) Der Fluß Trave bei Rostock im Mecklenburgischen.

***) Bei Plutarchus in Mario heißt es: Cimbros Germani nominant latrones.

Epitome Sexti Pompeii Festi confecta a Paulo diacono: Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur. Ambrones et Cimbros Teutonosque C. Marius delevit. Ex quo tractum est, ut turpis vitae homines Ambrones dicerentur. Also nicht ursprünglich, sondern von der Lebensweise.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0265-1 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

LVIII. l. I. si corpus jam sepultum exfodierit et exspoliaverit, wargus sit usque in diem, qua cum parentibus ipsius convenit. Ubi glossae interlineares Thuani wargus exponunt dejectus, quod pro ejectus negligentior lihrarius arripuit. Lex Ripuariorum Tit. LXXXVII. Wargus sit, hoc est, expulsus. Hieronymus Vignierius in Alsaticis p. 128 verba veteris instrumenti haec refert: Alienigenae, id est, Warganei, qui manserint in banno, dabunt comiti IV denarios. Unde apparet, vocem hanc etiam pro quovis extorre, exule aut alienigena adhibitam fuisse. Anglo-Dani illi, qui seculo XII. Constantinopolim profugerant, atque ob fortitudinis laudem custodiam palatii et thesaurorum imperialium ibi sibi et posteris suis meruerant, Waringi, Varingi, Weringi, βαραδδοι, hoc est, extorres, exules dicti sunt, ut Ordericus Vitalis l. IV. p. 508 refert. Scriptores Byzantini, Wilhelmus Malmesburiensis l. II. c. 13. Saxo Grammaticus l. XII. Villeharduinus et notae ad eum plura de his dabunt. Angli, Saxonum pars et propago, pro illo warge literam a mollius in modum e enunciantes et transposito r wraeca dixere, uti et Saxones pro Wermuth vulgo Wremethe pronunciant, et Germani pro saxonico born et bernen communiter brun et brennen usurpant. Apud Bensonium vero in vocabulario anglosaxonica Wrecca, Wreccea*) et Wraecca ac Wraeccea exponitur exul, miser. Apud eundem Wraecfallis, exilium, Wraecnian, peregrinari, Wraecstao, exilii locus; fraec, profugus et plura hujusmodi alia occurrunt.

Ab eadem voce, quatenus ejectum sensu primario designat, est saxonicum Wracgut et brackgut, quod merces tempestatis causa e navihus ejectas significat, ut notum est. Francorum vero nomen olim sine n scriptum fuisse conjicio, primum ex veterum Norwegorum et Islan-

*) „Wreccum" bedeutet nach Wachter: alles, was das Meer auswirft.

dorum monumentis sive sagis, in quibus pro Frankenland plerumque Frakoland scriptum invenitur; in sigillis quoque regum Merovingicorum observes, eos semper Fracorum reges sribi. Ex Warge vero vel Wrake aut Frake veteres Dani, prolatius vocem enunciantes, ut vidimus, n inserto, Warangos et Waringos, Russi vero, mollioris pronunciationis assueti, Waregos suos fecerunt. Aldenburgam et Lubecam, quae ex ruinis Aldenburgi excrevit, russica monumenta collocant in regione, Variach sive Waregorum dicta, ex quo nomine deinde Wagriae vox corrupta est, quae per Slavos accolas communicata nobis adhuc in usu est. A Cimbris itaque, qui teutonice et proprie Wargi, Waregi et alio dialecto Wraeci, Fraeci et Franci h. e. exules vel piratae dicti sunt, Wagria suum hoc nomen adepta est. Cum vero piratica omne mare balthicum implerent Cimbri vel Franci, inde illud a Russis mare waregicum nominatum est, et adhuc hodie nominatur.

Rurico quoque, qui seculo VIII. principatum Russorum adeptus est, Waregus gente ab iisdem Russis vocatur, quia aut ex Wagria aut ex vicina Dania ortus erat. Ad mare waregicum sive francicum, hoc est, balthicum Francos antiquissimam sedem suam habuisse, etiam ex iis auctoribus confirmatur qui eos a palude Moeotide in Germaniam deduxerunt, inter quos est auctor gestorum regum francorum cum sequacibus. Adamus enim Bremensis l. IV. jam arbitratus est, mutatis nominibus fretum balthicum ab antiquis Romanis appellari paludes scythicus vel moeoticus. Ablavius apud Jornandem Moeotidem paludem etiam cum balthico mari confundit, quando Herulos juxta illam locavit; loquitur enim de Herulis adhuc in climate arctoo sive ad mare balthicum residentibus. Procopius item l. I. bellii vandalici Wandalos primum circa Moeotidem *) consedisse narrat, quos a mari balthico ve-

*) Moiot hat Aehnlichkeit mit mor, moos, mot.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0267-3 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

nisse ex Taciti Germania constat. Nec mirum inde, Francos, qui in balthico mari piraticae assueti erant, cum ad Rhenum pervenissent, veterum suarum deliciarum non oblitos, omnia Romanis nota maria incursionibus suis pervagasse, remotissimasque provincias et urbes vastasse. Saxo Grammaticus, vetera monumenta Islandica et, quae magna diligentia inde excerpsit Bartholinus in libro doctissimo de causis contemtae mortis apud Danos, ostendunt, piraticam laudi fuisse apud barbaros, olim maris balthici accolas. Regum aut procerum filiis natu junioribus una aut plures naves cum sociis et militibns haereditalis loco dabantur, quibus piraticam exercerent, vitamque sustentarent, ac divitias sibi acquirerent. Crediderim ergo, Francorum vel Cimbrorum progenitores hujus generis fuisse, et sibi antiquissimis temporibus in Chersonesi Cimbricae Wagria sedes acquisivisse, piraticamque simul et commercia exercuisse. Nomen inde iis a vicinis inditum et moribus suis conveniens ipsi deinceps ascivere atque adamavere. Silentibus scriptoribus omnes certe hoc circumstantiae evincunt, quae argumentorum non vanorum instar sunt in tanta vetustate, cum praecipue nominum ratio easdem confirmet."

Es ist klar, daß die Namen Kimber, Varge, Frank nicht vom Volke selber geschöpft, sondern von den Nachbarn ausgegangen und von jenem angenommen worden waren. Einen eigenthümlichen Volksnamen werden wir weiter unten noch kennen lernen. Ebenso gewiß ist es auch, daß das nachherige Wort Frank wirklich von Wareg ꝛc. gebildet sey *), weil auch die Griechen aus den

*) Unweit Malmedy zwischen Luxemburg und Lüttich ist der Fluß Warge und unweit davon der Ort Francorcamps, etwa aus Francorum campus entstanden?

zu ihnen gekommenen Waregern Franken gemacht und unter diesem Namen alle west-europäischen Völker verstanden haben und noch verstehen.

Das niederteutsche Warg, Wrak, Vrak (peregrinus, exsul) kann ein und das nämliche Wort seyn mit dem oberteutschen Walch (extorris) u. dem slawischen Wlachy, unserem Walachen d. s. die Römer in Dakien, die sich selbst Rumuni nennen.

Christoph von Schmid schreibt in seinem schwäbischen Wörterbuche: „Belche plur. Eigenname mehrerer hohen Berge auf dem Schwarzwald, auch in der Schweiz und dem Elsaß." Daß in diesem Namen das in Berg enthaltene r in l verwandelt ist, kann nicht bezweifelt werden. Beides geschieht in Kilch statt Kirche, schwälmen statt schwärmen der Bienen. Man sagt auch Flanell und Franell, barbiren und balbiren, Schlitz und Schriz (baier.), Schlems und Schrems. Vielleicht ist auch das lat. vagus nicht weit davon entfernt.

Eine andere Erklärung des Franken-Namens gibt Libanius sophista de Francis.*) Ex oratione III seu Basilico (ap. Bouquet): Celtarum gens est supra Rhenum fluvium ad oceanum pertingens, tam praeclare a natura ad bellorum usus munita, ut appellationem ab ipsis actis nacti, Fracti (φραχτοι) hoc est septi munitionibus nominentur: qui quidem ab imperito vulgo corrupte Franci vocati sunt.... Fracti igitur tam grave servitutis jugum subierunt: etenim haec illis servitus est, nullos habere, quos depraedentur.

Die Franken werden um die Mitte des 3ten Jahrhunderts zuerst unter diesem Namen genannt.

Von ihren Eroberungen lesen wir in gestis regum Francorum auctore incerto, sed qui Theoderici IV. tempore

*) Ein Gelehrter des 4. Jahrhunderts aus Antiochia am Orontes.

vixit (apud Bouquet script. rer. gall. et franc) c. IV. Franci elegerunt Faramundum filium Marchomiri, et levaverunt eum super se regem crinitum. Tunc et legem habere coeperunt, quam consiliarii eorum priores gentiles his nominibus: Wisouast, Wisogast, Aregast, Salegast in villabus Germaniae id sunt Bodecheim, Salecheim et Widecheim tractaverunt. (In MS. cod. eccles. Cameracensis legitur. Tunc habere leges coeperunt, quae eorum priores gentiles tractaverunt his nominibus: Wisowastes, Wisogastus, Arogastus, Salegastus in villabasque ultra Rhenum sunt Vibothagin, Salechagin et Widechagin.) c. V. Mortuo quippe Faramundo Clodionem filium ejus crinitum in regnum patris ejus elevaverunt, venientesque sagaciter in finibus Toringorum ibique resederunt. Habitabat itaque Clodio rex in Dispargo castello *) in finibus Toringorum in regione Germaniae. Jn illo tempore in his partibus citra Rhenum (diesseits des Rheins war den fränkischen Geschichtschreibern das linke Ufer) usque Ligere fluvio habitabant Romani, ultra Ligere autem Gothi dominabantur. Clodio autem rex misit exploratores de Dispargo castello Toringorum usque ad urbem Cameracum (Cambrai). Jpse postea cum grande exercitu Rhenum transiens (er hat also von seinen Unterthanen oder Verbündeten am rechten Rhein-Ufer noch Truppen geholt) multo populo Romanorum prostrato, hostes fugavit. Carbonariam sylvam ingressus, Tornacensem urbem (Tournai) obtinuit. Exinde usque Cameracum urbem properavit, ibique pauco tempore residens, Romanos, quos ibi invenit, interfecit. Et exinde usque ad Sumnam fluvium omnia occupavit.

Da in diesen Stellen die Namen fines Toringorum in regione Germaniae vorkommen, so entstand die Meinung,

*) Alii, quibus accedit cointins, Duysborch, quod etiam nunc oppidum est inter Bruxellas et Lovanium.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0270-8
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

die Franken seyen von der Ostsee her nach Thüringen und Franken vorgedrungen, und hätten sich erst nachher am Rheine niedergelassen; allein unter Toringia ist nicht Thüringen gemeint, sondern Tungern jenseits des Rheins, welches auch Procopius Toringia nennt. Die Bezeichnung in regione Germaniae ist dadurch zu erklären, daß eben die Tungrer früher Germanen genannt wurden nach Tacitus c. II. Ceterum Germaniae vocubulum recens et nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerent, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint.

Die Tungrer können Abkömmlinge der Hermunduren oder Thüringer gewesen seyn. Die Namen der fränkischen 4 Gauen im Lande der Tungrer haben zwar Aehnlichkeit mit Namen in Ostfranken, allein die ostfränkischen Gauen sind 17 an der Zahl und nicht 4, und unten namentlich vorgetragen. Ueber diese vier Gauen schreibt nun Eckhardt Folgendes: „Quod iu dextra Moeni ripa per Wirceburgensem Episcopatum, Hennebergicum tractum, Thuringiamque olim tenuerant usque Bodam Salae influentem, Gallieno praecipue imperante, aut paulo ante eum, magnam partem Franci, a mari balthico et cimbrica chersoneso venientes occuparunt, atque inde excursiones in reliquam Germaniam Rheno vicinam Galliamque fecerunt. Divisere vero Franci omnem illam regionem suo more in pagos Bodogeve, Windogeve, Salogeve et Wirogeve.“

Diese Gauen sind aber, wie schon gesagt, im überrheinischen Thüringen (Tungrien) zu suchen, und auch dortselbst gefunden worden.

Ebenso wenig läßt sich der Satz durch geschichtliche Stellen begründen, daß die Kimbern oder Wargen vom baltischen Meere an den Niederrhein gezogen seyen, wo sie Franken hießen, und Einfälle in Batavien und Gallien machten; aber gab es denn sonst nirgends Kimbern, als gerade auf der Halbinsel? Es gab außer denen in cher-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0271-4 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

soneso cimbr., den Ursitzen des Volks, deren auch mehrere, wie folgende Stellen beweisen:

Plinius l. IV. c. XXVIII. Germanorum genera quinque: — alterum genus Jngaevones, quorum pars Cimbri, Teutoni ac Chaucorum gentes. Proximi autem Rheno Jstaevones, quorum pars Cimbri **mediterranei.**

Wann und aus welchem Anlasse ein Theil des kimbrischen Volkes in die Gegend des Niederrheines und nach Belgien gekommen sey, geht aus nachfolgenden Stellen hervor:

Tatitus c. XXXVII. Eumdem Germaniae sinum proximi oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens. Veterisque famae late vestigia manent, utraque ripa (sc. Rheni) castra ac spatia, quorum abitu nunc quoque metiaris molem, manusque gentis et tam magni exercitus fidem.

Caesar de b. g. l. II. Aduatici (de quibus supra scripsimus, eos Nerviis finitimis suis auxilio venisse) erant ex Cimbris Teutonisque prognati: qui cum iter per provinciam nostram (die Provence) et Jtaliam facerent, his impedimentis, quae secum agere ac portare non poterant, citra (am linken Ufer) flumen Rhenum depositis, custodiae ex suis ac praesidio sex millia hominum una reliquerunt. Hi post eorum obitum multos annos a finitimis exagitati, cum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt. Ac primo adventu exercitus nostri crebras ex oppido (egregie natura munito, quo sua omnia contulerunt) excursiones faciebant, parvulisque proeliis cum nostris contendebant. Postea vallo pedum XII. in circuitu XV. millium crebrisque castellis circummuniti oppido sese continebant. Ubi vineis actis, aggere exstructo, turrim procul constitui viderunt, primum irridere ex muro atque increpitare vocibus, quod tanta ma-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0272-9
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

chinatio a tanto spatio instrueretur, quibusnam manibus, aut quibus viribus praesertim homines tantulae staturae (nam plerumque omnibus Gallis prae magnitudine corporum suorum brevitas nostra contemtui est) tanti oneris turrim in muros sese collocare confiderent? Ubi vero moveri, et appropinquare moenibus viderunt, nova atque inusitata specie commoti, legatos ad Caesarem de pace miserunt. Qui ad hunc modum locuti: non se existimare, Romanos sine ope Deorum bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promovere et ex propinquitate pugnare possent: se suaque omnia eorum potestati permittere dixerunt, unum petere ac deprecari: si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audissent, statuisset, Aduaticos esse conservandos, ne se armis despoliaret; sibi omnes fere finitimos esse inimicos, ac suae virtuti invidere, a quibus se defendere traditis armis non possent: sibi praestare si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam a populo Romano pati, quam ab his cruciatum interfici, **inter quos dominari consuessent.** Ad haec Caesar respondit: se magis consuetudine sua quam merito eorum civitatem conservaturum, si prius quam aries murum attigisset, se dedidissent: sed deditionis nullam esse conditionem, nisi armis traditis. Se id, quod in Nervios fecisset, facturum, finitimisque imperaturum, nequam deditiis populi Romani injuriam inferrent. Re nunciata ad suos illi se, quae imperarentur, facere dixerant. Armorum magna multitudine de muro in fossam, quae erat ante oppidum, jacta sic, ut prope summam muri aggerisque altitudinem acervi armorum adaequarent: et tamen circiter parte tertia (ut postea compertum est) celata, atque in oppido retenta, portis patefactis ea die pace sunt usi. Sub vesperum Caesar portas claudi, militesque ex oppido

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0273-5 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

jussit exire, ne quam noctu oppidani a militibus injuriam acciperent. Illi, ante inito (ut intellectum est) consilio quod deditione facta nostros praesidia deducturos aut denique indiligentius servaturos crediderant, partim cum iis, quae retinuerant et celaverant armis, partim scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quae subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant, tertia vigilia, qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus videbatur, omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Celeriter (ut ante Caesar imperaverat) ignibus significatione facta, e proximis castellis eo concursum est, pugnatumque ab hostibus ita acriter, ut a viris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco contra eos, qui ex vallo turrisbusque tela jacerent, pugnari debuit, cum in una virtute omnis spes salutis consisteret. Occisis ad hominum millibus quatuor, reliqui in oppidum rejecti sunt. Postridie ejus diei refractis portis, cum jam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem ejus oppidi universam Caesar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus est millium quinquaginta trium.

Idem l. V. In colloquio cum Romanorum missis Ambiorix (Eburonum dux) ad hunc modum locutus est: Sese pro Caesaris in se beneficiis plurimum ei confiteri debere, quod ejus opera stipendio liberatus esset quod Aduaticis finitimis suis pendere consuevisset, quodque ei et filius et fratris filius ab Caesare remissi essent, quos Aduatici obsidum numero missos apud se in servitute et catenis tenuissent. — Eburonum pars maxima est inter Mosam et Rhenum, qui sub imperio Ambiorigis el Cativulci erant. — Hac victoria sublatus Ambiorix, statim cum equitatu in Aduaticos, qui erant ejus regno finitimi, proficiscitur; neque noctem neque diem intermittit, peditatumque se subsequi jubet. Re

demonstrata, Aduaticisque concitatis, postero die in Nervios pervenit, hortaturque ne sui in perpetuum liberandi atque ulciscendi Romanos pro his, quas acceperint injuriis, occasionem dimittant. — Facile hac oratione Nerviis persuadet. Itaque confestim dimissis nuntiis ad Centrones, Grudios, Levacos, Pleumosios, Gordunnos, qui omnes sub eorum imperio sunt, quam maximas manus possunt, cogunt. Diese Völker kommen nachher unter dem Namen Tungri vor, wo Tongern, Spaa ꝛc.

Idem l. VI. Quibus rebus cognitis Caesar, cum undique bellum parari videret, Nervios, Aduaticos ac Menapios, adjunctis cisrhenanis omnibus Germanis esse in armis — maturius sibi de bello cogitandum putavit.

Dio Cassius l. XXXVIIII. Ab hoc facto in subigendis coeteris Nerviis nullam difficultatem sensit (Caesar). Interim Aduatici, qui et genere et animis Cimbri erant, Nerviis vicinis suis opitulatum profecti, *postquam de iis jam actum esse senserunt, domum reverterant*, cunctisque oppidis desertis sua omnia in unum castellum, quod ipsis fortissimum erat, contulerunt.

Appian. Alexandr. de bello gall. Post haec Caesar Belgas aggressus est; sed cum decima legio a tergo invasisset obsessores, internecione deleti sunt, quamvis essent non pauciores sexaginta millibus: hi erant Cimbrorum Teutonumque progenies.

Das Land der Adwatiker ist also in den Ardennen zwischen den Nerwiern, denen Bavay, Cambrai, Valenciennes, Tournai gehörten, den Tungrern, wo Tongern, und den Trierern zu suchen.

Welcher Sinn liegt in dem Namen Aduatici?

Ich zerlege ihn in die Bestandtheile Ad — wat — ic. Das altteutsche und englische At bedeutet zu oder an (auf die Frage wo?) z. B. At London, zu London. Wat, alt (uuatar, isl. vate, goth. vato: Wasser.) Schmeller's

bayer. W. B.) Ica, icon, icum, igon, vorkommend in dem Namen Celticum, Belgica, Noricum, Vindelicia, bei Plinius Nerigon d. i. Norige, Norwegen, bedeutet Land, und ist kein anderes Wort, als das nachherige ingen in den Ländernamen Maurungania oder Mauringia, Nortalbingia, Lotharingen, Thüringen, so zwar, daß die alten Namen Belgica, Noricum &c. jetzt lauten würden: Belgingen, Noringen, Keltingen, Vindelingen.

Dieses alte igen hat unsere Schriftsprache beibehalten, wofür unsere Mundart durchaus ingen gebraucht, als z. B. vertaidingen, bewillingen, mässingen, weissingen, billingen, die Heilingen, die Adelingen, endling &c. Der Sinn des Wortes ist also: Am-Wasser-Land d. i. Seeland, was auch die Namen Mauringia, Amorica, Aquitania, Pomerania bezeichnen. Da der Name Kimber nach dem Zeugnisse der Geschichte latro, pirata bedeutet, und nicht vom Volke selber geschöpft seyn kann, sondern demselben von anderen Völkern, die durch ihre Züge gelitten haben, beigelegt worden ist, so ist es nicht bloß wahrscheinlich, sondern auch gewiß, daß die Kimbern den Namen Adwatiker von Hause aus mitgebracht haben, wo sie wirklich Seeländer waren. In Belgien hätten sie sich diesen Namen nicht mehr schöpfen können, weil sie dort keine Küstenbewohner waren. Diesen Namen zeigt uns aber die Geschichte nicht nur in Belgien, sondern auch an der gallischen Küste des Mittelmeeres, wo sich die Kimbern niederlassen wollten, denn dort finden wir eine Maritima (sc. civitas) Aduaticorum (jetzt Martiques bei Marseille). Auf diese Niederlassung bezieht sich die Stelle bei Appian. Alex. de b. civ. l. I. Apuleius legem promulgabat de dividundis agris, quos in Gallia provincia*) Cimbri, gens celtica, occuparunt.

---

*) Die Provence.

Nach der Eroberung Galliens durch die Römer werden die Aduatici in Belgien nicht mehr genannt. Wo kamen sie hin? Aus Cäsar's Berichten haben wir vernommen, daß die Adwatiker nach dem Untergange des großen Völkerzuges als Fremdlinge von den Nachbarn bekriegt und gedrückt worden sind, und sich endlich mit Einwilligung derselben das Land in den Ardennen zum bleibenden Wohnsitze gewählt haben, wo sie Cäsar gefunden. Derselbe schreibt nun im VI. Buche, daß Ambiorix, der Fürst der Eburonen, sowohl die ihm untergebenen, als auch die benachbarten Völker bis gegen den Ocean hinab, also auch die Adwatiker gegen die Römer aufgestachelt habe; dafür habe aber Cäsar Botschafter an die benachbarten, ihm befreundeten Völker geschickt, um sie zur Plünderung seiner Feinde, die den Krieg von Hinterhalten aus in Wäldern und Sümpfen zu führen beabsichtigten, aufzufordern. Es geschah; selbst vom rechten Rhein-Ufer her zog Beute-Lust einen Theil der Sikamber in das Land der Ardennen, welches auch furchtbar verwüstet wurde. Es ist nöthig, den Bericht Cäsars darüber im Auszuge selber zu vernehmen. Nachdem er die über den Rhein geschlagene Brücke im Lande der Ubier hatte abbrechen lassen, fährt er fort: In extremo ponte turrim quatuor tabulatorum constituit, praesidiumque duodecim cohortium pontis tuendi causa ponit, magnisque eum locum munitionibus firmat. Ei loco praesidioque C. Volcatium Tullum adolescentem praefecit, ipse cum maturescere frumenta inciperent, ab bellum Ambiorigis profectus per Arduennam sylvam (quae est totius Galliae maxima, atque a ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios pertinet, millibusque amplius quingentis in longitudinem patet) Lucium Minutium Basilium cum omni equitatu praemittit. — Basilius ut imperatum est, facit: celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit, eorum indicio

ad ipsum Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitibus esse dicebatur. (Ambiorix entkam mit genauer Noth zu Pferd.) Ambiorix dimissis per agros nuntiis sibi quemque consulere jussit, quorum pars in Arduennam sylvam, pars in continentes paludes profugit. Qui proximi oceano fuerunt, ii in insulis sese occultaverunt, quas aestus efficere consuerunt; **multi ex suis finibus egressi se suaque omnia alienissimis crediderunt.** Segni Condrusique ex gente et numero Germanorum, qui sunt inter Eburones Trevirosque legatos ad Caesarem miserunt, oratum, ne se in hostium numero duceret, neve omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, unam esse causam judicaret, nihil se de bello cogitasse, nulla Ambiorigi auxilia misisse. Caesar explorata re quaestione captivorum, si qui ad eos Eburones ex fuga convenissent, ad se ut reducerent, imperavit; si ita fecissent, fines eorum se violaturum negavit. Tum copiis in tres partes distributis impedimenta omnium legionum Aduatucam contulit. Id castelli nomen est; hoc fere est in mediis Eburonum finibus, ubi Titurius atque Aurunculeius hyemandi causa consederant. — Praesidio impedimentis legionem quartam decimam reliquit, unam ex iis tribus proxime conscriptas ex Italia traduxerat, et legioni castrisque Quintum Tullium Ciceronem praefecit, ducentosque equites attribuit. Partito exercitu T. Labienum cum legionibus tribus ad oceanum versus in eas partes, quae Menapios attingunt, proficisci jubet. C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quae Aduaticis adjacet, **depopulandum** mittit. Ipse cum reliquis tribus ad flumen Scaldem, quod influit in Mosam, extremasque Arduennae partes ire constituit, quo cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat. Discedens post diem septimum sese reversum confirmat. — Erat manus (hostium) certa nulla, non praesidium, non

oppidum, quod se armis defenderet, sed in omnes partes dispersa multitudo, ubicumque aut vallis abdita, aut locus sylvestris aut palus impedita spem praesidii aut salutis aliquam offerebat, consederat. Haec loca vicinitatibus erant nota. — Caesar ad finitimas civitates nuncios dimittit: omnes evocat spe ad diripiendos Eburones, ut potius in sylvis Gallorum vita, quam legionarius miles periclitetur, simul ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore **stirps ac nomen civitatis tollatur.** Magnus undique numerus celeriter convenit. Haec in **omnibus** Eburonum partibus gerebantur, diesque appetebat septimus, quem ad diem Caesar ad impedimenta legionemque reverti constituerat. — Dissipatis ac perterritis hostibus manus erat nulla, quae parvam modo timoris causam afferret. Trans Rhenum ad Germanos pervenit fama, diripi Eburones, atque ultro omnes ad praedam evocari. Cogunt equitum duo millia **Sicambri,** qui sunt proximi Rheno, a quibus receptos ex fuga Tenchtheros atque Usipetes supra docuimus. Transeunt Rhenum navibus ratibusque, triginta millibus passuum infra eum locum, ubi pons erat imperfectus, praesidiumque a Caesare relictum. Primos Eburonum fines adeunt, multos ex fuga dispersos excipiunt, magno pecoris numero, cujus sunt cupidissimi barbari, potiuntur. Invitati praeda longius procedunt. Non hos palus, in bello latrociniisque natos, non sylvae morantur. Quibus in locis sit Caesar, ex captivis quaerunt: profectum longius reperiunt, omnemque exercitum discessisse cognoscunt, atque unus ex captivis: quid vos, inquit, hanc miseram ac tenuem sectamini praedam, quibus jam licet esse fortunatissimis? Tribus horis Aduatucam venire potestis. Huc omnes suas fortunas exercitus Romanorum contulit. Praesidii tantum est, ut ne murus qui-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0279-2 Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

dem cingi possit, neque quisquam egredi extra munitiones audeat. Oblata spe Germani, quam nacti erant praedam, in occulto relinquunt, ipsi Aduatucam contendunt, usi eodem duce, cujus haec indicio cognoverant. (Die Römer kamen in große Noth.) Germani desperata expugnatione castrorum, quod nostros jam constitisse in munitionibus videbant, cum ea praeda, quam in sylvis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt. — Quarum omnium rerum maxime admirandum videbatur, quod Germani, qui eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati, optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerunt. Caesar ad vexandos rursus hostes profectus, magno coacto numero ex finitimis civitatibus in omnes partes dimittit. Omnes vici atque omnia aedificia, quae quisque conspexerat, incedebantur, praeda ex omnibus locis agebatur, frumenta non solum tanta multitudine jumentorum atque hominum consumebantur, sed etiam anni tempore atque imbribus procubuerant, ut si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen iis deducto exercitu **rerum omnium inopia** pereundum videretur. (Ambiorix entfernte sich heimlich, nur von vier Reitern bedeckt, in andere Gegenden.) Tali modo vastatis regionibus exercitum Caesar duarum cohortium damno Durocortum Rhemorum reducit.

Gestützt auf diesen Bericht Cäsars, halte ich dafür, daß die hart gezüchtigten und äußerst geschwächten Adwatiker theils den wohlverdienten Haß ihrer Nachbarn nicht ertragen konnten, theils aus Freiheitsliebe die Herrschaft der Römer verschmähten, und aus ihren verwüsteten Wohnsitzen, die sie ohnedieß noch nicht lange inne gehabt, wieder ab- und auf das rechte Rhein-Ufer zurück gezogen sind,

wo sie die Verschanzungen, von denen Tacitus noch Meldung machen konnte, auch vorgefunden haben *).

Wenn aber jener Rückzug nicht erfolgt wäre, so müßte angenommen werden, daß ein Theil der Kimbern in den Verschanzungen am rechten Rheinufer zurückgeblieben und zu einem kleinen Volke herangewachsen sey, weil Plinius ganz bestimmt berichtet, daß sich dortselbst die Cimbri mediterranei befinden, und zwar im Lande der Sikambern, dem Lande der Ubier (dem Kölnischen) gegenüber, d. i. im Herzogthume Berg. (Vergl. die folg. Stelle v. Ammian.)

Nun erscheint gerade um jene Zeit ein Theil der Sikambern als ein in Belgien ansässiges Volk nach dem Zeugnisse von Strabo l. IV. de Gallia. Contigui Treviris sunt Nervii, natio germanica. Novissimi ad utramque fluminis ripam habitant Menapii, secundum istos Sugambri Germani consistunt, und ich vermuthe, daß jene Sikambern, welche zur Plünderung der Eburonen über den Rhein gegangen waren, in Belgien sogleich sitzen geblieben, oder nach heimgeführter Beute wieder dahin zurückgekehrt, und im ehe-

---

*) Die Sage von den kimbrischen Verschanzungen, die an die Hunnen-Ringe erinnern, muß zu Libanii Zeiten noch nicht verschollen gewesen seyn, wenn auch die Schanzen selber vielleicht schon verfallen waren, weil er in den Namen Fraci, Franci den Sinn des griech. Φρακτοι (die Umzäunten, Verschanzten) legt. Die Grundbedeutung des teutschen Varg, Vrak war ihm unbekannt; jeder Forscher sucht aber den Sinn der Völker-Namen zu ergründen, weil manche davon einen Lichtstrahl in die oft dunkle Entstehungs-Geschichte der Völker selbst werfen. Die Schlußfolgerung, daß sie aus der Ursache septi munitionibus waren, weil sie Niemanden mehr zum Ausbeuten hatten, erscheint als erzwungen; dafür aber deutet das Wort depraedari auf die uralte Lieblings-Beschäftigung des Volkes hin, und bestätiget die Erklärung der Namen Kimber und Varg, Frak mit extorris, pirata, latro. Etwas Unsinniges hat Libanius nicht schreiben wollen.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0281-9
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

maligen Lande der Adwatiker sich niedergelassen haben, so wie wir die ersten Franken neben den Sikambern kennen lernen werden. Welche Annahme auch die richtige sey, so ist doch soviel gewiß, daß auch am Rhein ein Theil der Kimbern seßhaft war, und wir nicht nöthig haben, die nächsten Stammväter der Franken unmittelbar aus der kimbrischen Halbinsel kommen zu lassen.

Die Namen Aduatici und Cimbri mediterranei kommen zwar in den Schriften der Alten nicht weiter mehr vor, aber dafür wird schon von Strabo l. VII. am rechten Ufer des Niederrheins, also gerade in der Gegend der kimbrischen Verschanzungen, ein früher nicht bekanntes Volk aufgeführt unter dem Namen Attuarii, in rauherer Aussprache Hattuarii, Chattuarii, welche als der eigentliche Stamm der Franken bezeichnet werden*). Unter anderen heißt es von denselben bei Ammian. Marcell. l. XX. c. X. Rheno transmisso Julianus regionem subito pervasit Francorum, quos Attuarios vocant, inquietorum hominum**), und bei Fl. Vopiscus: Nam Alemannos contrivit. Hunc tamen (Proculum) Probus fugatum usque ad altimas terras et cupientem in Francorum auxilium venire, a quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Francis, quibus familiare est, ridendo fidem frangere, vicit et interemit. Posteri ejus etiam nunc apud Albingaunos agunt, qui joco solent dicere, sibi non

---

*) Auch Vellej. Paterc. (ein Zeitgenosse des Kaisers Tiberii und Strabonis) macht Meldung davon l. II. c. CV. Intrata protinus Germania, subacti Caninefates, Attuarii, Bructeri, recepti Cherusci gentes et amnis, mox nostra clade nobilis, transitus Visurgis penetrata ulteriora.

Die anderen kleinen Völker jenes Landstriches waren schon zu Cäsar's Zeiten unter ihren eigenen Namen bekannt.

**) Eine alte Gewohnheit ist eine eiserne Pfaid.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03415-0282-5
Historischer Verein für Oberpfalz und Regensburg

placere esse vel principes, vel latrones — wohl in Beziehung auf die ursprüngliche Bedeutung des Namen Frank.

Dieses Volk hatte sich um selbige Zeit auch schon nach Batavien ausgebreitet, wo sie unter dem Namen Franci Salii d. i. Sal- oder Wasser-Franken vorkommen.

Anstatt Attuarii schrieb Ptolemaeus Alex. Vargiones et Intvergi, indem er die rheinischen Völker folgendermaßen angab: Tenent antem Germaniam, quae circa Rhenum fluvium incipit, a parte septemtrionali Busactori (Bructeri) parvi appellati. Sub quibus Suevi Longobardi, postea Tenceri (Tenchtheri) et Criones inter Rhenum et montes Abnobos. Praeterea Intvergi et Vargiones et Carithni. Sub quibus Vispi et Elvetiorum eremus usque ad dictos Alpium montes, (nämlich die rauhe Alp.) Partem vero, quae secus oceanum est, habitant supra Busactores Phrisii usque ad Amasum fluvium. — Iterum ab ortu Abnoborum montium habitant supra Suevas Casuari (an der Hase, und verschieden von Attuarii, was das ii schon andeutet). Post Nertereanae. — Die Intvergi et Vargiones des Ptolomäus sind kein anderes Volk, als die Attuarii oder Attwargi, denn die Buchstaben j und g wechseln in mehreren Namen, so z. B. findet man auch Bogoaria für Bojoaria — Peigiri für Bajiri — Aquilegenses für Aquilejenses.

